

FERIA V.

rauit eum.] Si deum dei filium non credidisset, quæ uidebat, nullatenus adorasset eum. Incubite ergo orationibus peccatores. Confitemini peccata nostra, orate ut deleantur, orate ut minuantur, orate ut uobis proficiensibus ipsa deficiant.

FERIA QUINTA.
post Lætare Iohannis V.

In illo tempore Dixit Iesus turbis Iudeorum: Pater meus usq; modo operatur,
& ego operor. **Et reliqua.**

Peratur pater & filius, ut naturam diuersas permaneat, quæ in prima conditione mundi conditæ sunt. Ideo dictum est in Psalmis: Qui finxit sigillarim corda eorum. Non incognita animarum genera, sed eiusdem substatiæ animas, quæ in prima homine cōdita est, reformat. Quapropter Psalmista, cum nō solum primordiale mundi creationem, sed & quotidianâ creaturæ gubernationē ad laudem creatoris referret, ait inter cetera: Omnia in sapientia fecisti. Si Christum dei uirtutē & dei sapientiā recte consideremur, & omnia in sapientia fecit ac regit deus, constat nimis, quia pater usq; modo operatur, operatur & filius. Ergo pater meus (inquit) non sex solum (ut putatis) diebus primis operatus est, uerum usq; modo operatur, non nouum creaturæ genus instituendo, sed quæ in principio creauerat, ne deficiat, propagando. Et ego operor, subauditur, usq; modo, cū eo cuncta disponens, regens, accumulans. Ahi aperte dācat: **Quid mihi inuidetis: cur me uituperatis cæcile-**

POST LAETARE 507

ḡs doctores, quod in forma hoīs sabbato salutē uni
us hoīs operatus sum, q̄ in natura diuinitatis unā cū
deo patre totum genus humanū, imo totam mundi
machinam, & cuncta uisibilia & inuisibilia quietus
semper operor. Sed ipsi talis ac tāti mysterij minus ca
paces, propterea magis quærebāt cū interfici
cere, quia non solum soluebat sabbatum, sed
patrem suum dicebat deum, & qualē se faci
ens deo. In eo maxime dolebat, quia is, quem uerū
ex infirmitate carnis hoīem nouerāt, se uerū dei filiū
credi uoluisset, id est, non gratia adoptatū, ut cæteros
sanctos, quibus loquitur Propheta: Ego dixi dij estis,
& filii excelsi omnes: sed natura patri per oīa & qualē. psalm.81.
Non adū sane quod dictū est, [& equalē se faciēs deo,]
ad ludorum personam dictum, qui putabant dñm le
sum prædicando facere quod nō esset, & non ueraci
ter intimare quod esset. Cōmoti ergo sunt Iudæi, &
indignati. Merito quidē, quod audiebat homo & qua
lem se facere deo: sed ideo immerito, quia in hoīe nō
intelligebant deū. Carnem uidebāt, deum nesciebāt,
habitaculū cernebāt, habitatorē ignorabāt. Caro em̄
illa templum erat, deus inhabitabat intus. Nō ergo
Iesus carnē & uerbat patri, non formam serui domi
no comparabat: non quod factum est propter nos,
sed quod erat, quando fecit nos. Quis nanc̄ sit Chri
stus (catholicis loquor) nostis, quia bene credidistis
nō uerbo tantum, sed uerbum caro factum est, & ha
bitauit in nobis. Recensere de uerbo quid nostis? In
principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum,
& deus erat uerbum. Hic & qualitas cum patre, sed
uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hac
carne, maior est pater. Ita pater, & & ualis & maior,

Aequalis uerbo, maior carne: aequalis ei per quem fecit nos, maior eo qui factus est propter nos. Commoti sunt uero & turbati Iudei, quia se aequaliter Christus patri fecit, qui hominem tantummodo intellexerunt, non deum. Carnem uiderunt, diuinitatem non crediderunt. **Dicit enim: Non potest a se filius facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem.** Non alia opera facit pater, quae uideat filius: & alia filius, quae uiderit patrem facientem, sed eadem opera ipsa pater & filius similiter. Quaecumque enim ille fecerit, haec & filius similiter facit, Non cum ille fecerit alia, filius similiter facit, sed quaecumque ille fecerit, haec & filius similiter facit. Sed haec facit filius, que fecerit pater: per filium facit pater. Si per filium facit, quae facit pater, non alia pater, alia filius facit, sed eadem opera sunt patris & filii. Et quo ea facit & filius & eadem & similiter: **N**e forte eadem, sed dicas similiter. **E**adem, inquit, & similiter: & quo posse eadem non similiter, dum omnia quae pater facit, per filium facit, sicut dictum est: **O**mnia per ipsum facta sunt, &

Psalms, 103 sine ipso factum est nihil. Ideo similiter dixit: quia eadem facit filius, quae facit & pater. quia una patris & filii in diuinitate substantia & operatio, una uoluntas & potestas, una uita & essentia. Et aequalia omnia sunt in patre & filio, nisi quod pater, pater est: & filius filius est. Separatio est in personis, sed unitas in natura. **[N**on enim potest filius a se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. **[N**on debemus carnaliter intelligere hanc sententiam, quasi duorum hominum patris & filij, unius ostendens, alterius uidentis: unius loquentis, alterius audiētis: quia nec pater minorem habet potestatem, nec maiorem dei filii

us, cum patre & filio distantia diuinitatis non sit, sed una maiestas. Ideo subiecit: **O**mnia enim quæcumque facit pater, eadē & filius facit similiter. Significationem unius naturæ ostendit, & unius operationis: quia communis est operatio patris & filii, quem est una natura, una etiam operatio. Ideo consequenter subiunxit: **P**ater diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit: ut ostenderet oīm hanc patris demonstrationem fidei nostræ esse doctrinam. Et ut nequaquam hic ignoratio in filio possit intelligi, cui pater opera omnia quæ ipse faceret monstraret, cōtinuo ait: **E**t maiora his opera demonstrabit ei, ut vos admiremini. **S**icut enim pater suscitat mortuos, et uiuiscitat, sic et filius quos uult, uiuiscitat. Ea enim patrem demonstra re filio dicit, quæ mirentur: & quæ eadem essent, illa vox docuit. **S**icut enim pater suscitat mortuos, & uiuiscitat, sic & filius, quos uult, uiuiscitat. Exæquata uirtus est per naturæ indissimilis unitatem, & demonstrationem operum. **N**ō ignorationis instructio est, sed nostra fidei, quæ non filio scientiam ignorator, sed nobis confessionem nativitatis inuexit. Demonstrarere enim patrem, est per filium facere quæ facturus est. **N**ā maiora opera sunt resurrectio mortuorum, quæ erit in nouissimo die, quam istius languentis sanitas, q̄ Christus uiuero sanatus est, ex quo nata est huius occasio tota sermois. Dicit enim, **C**ur uos miremini, **E**t hoc difficile est uidere, quod tanquam temporaliter filio coæterno aliqua demonstraret eternus pater, omnia scientia sunt apud patrem. **Q**uae sunt tñ illa maiora? Maiora ergo sunt opera mortuos suscitare, quam lāguidos sanare. Sed sicut suscitat pater mortuos & ui-

uiuficat, sic & fili⁹ q̄s uult uiuificat. Nō em⁹ alios p̄, alos filius uiuificat, sed una potestas unā uiuificatiōem facit, queq; etiā potestas uno honore honorāda est. Et ideo cōsequēter subiunxit: **Pater em⁹ nō iudicat quenquam**, sed omne iudicium dedit filio: **vt omnes honorificant filium**, sicut honorificant patrem. **Quinon honorificat filium**, non honorificant patrem qui misit illum. Pater non iudicat quenq; quia patris persona in hoīe nō suscipitur, nec in iudicio uidebitur, sed sola filij forma, quæ iudicata ē iniuste, & iuste iudicat uiuos ac mortuos. Nec em⁹ filius uidebitur in iudicio in ea natura, qua cōsubstantialis est deo patri, sed in ea qua cōsubstantialis est matrī, & hō factus est. Ita intelligendū est, [Pater nō iudicat quenq; sed omne iudicium dedit filio.] Iaci diceret: Patrē nemo uidebit in iudicio uiuos & mortuoxū, sed oēs filiū: q̄a & filius hoīs est, ut possit & ab impijs uideri, cū & illi uidebūt in quem pupugerūt. Q̄ne coniūcere potius, q̄ aperte demōstrare uideamur, p̄ferimus eiusdem dñi certam manifestācōsentiam, quam ostendimus ipsam fuisse causam, ut dicere: [Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio:] quia iudex in forma filij hoīs apparet, quæ forma non est patris, sed filij. Nec ea filij in qua equalis est patri, sed in qua minor est patre, ut sit in iudicio conspicuus bonis & malis, [ut omnes honorificant filium, sicut honorificant patrem.] Quinon honorificat filium, non honorificant patrem. Quid est enim, honorificant patrē, nisi q̄ habeat filium? Aliud est enim, cum tibi commendatur deus, quia deus est: & aliud, cum tibi commendatur deus, quia pater est. Cum tibi quia deus est commendatur, creator ti-

POST LAETARE 511

hic cōmendatur, omnipotens tibi commēdatur: spūs
quidā summus, & eternus, inuisibilis, incōmutabilis ti-
bi cōmendatur. Cū uero tibi, quia pater est, cōmenda
me, nihil tibi aliud q̄ & filius cōmenda. Quia p̄ di-
cīo potest, si filium nō habet: sicut nec filius, si patr̄
non habet. Sed ne forte patr̄ quidē honorifices taq̄
maiorē, filiū uero tanq̄ minorē, ut dicas: Honorifico
patrem: scio em̄ qđ habeat filium, & non erro in pa-
tri nomine. Nō em̄ patr̄ intelligo sine filio, honorifi-
co tñ & filium tanquā minorē. Corrigat te ipse filiū,
& reuocet te, dices: [Et omnes honorificant filiū,] non inferius, sed sicut honorificant patrem. [Qui er-
genon honorificat filium, nec patr̄ honorificat, qui
misit illū. Ego (inqs) maiorē honorē uolo dare patri,
minorē filio. Ibi tollis honorē patri, ubi minorē das
filio. Quid em̄ tibi aliud uidetur ista sententia, nisi qđ
pater & qualem sibi filiū generare aut noluit, aut non
potuit? Si noluit, inuidit: si non potuit, defecit. Non
ergo uides, quia ita sentiendū, ubi maiorem honorē
uis dare patri, ibi es contumeliosus in patr̄. Proinde
si honorifica filium, quomodo honorificas patrem,
suis honorificare & filium & patrem. **Amen** amē
dico vobis, quia qui uerbū meū audit, & cre-
dit ei qui misit me, habet vitā æternā. **Et in iu-**
diciū nō veniet, sed transit a morte in vitam.
Ethoc attendite. [Qui uerbū meū audit,] & nō di-
xit, credit mihi, sed, [credit ei, qui me misit.] **Verbū**
ergo filiū audiat, ut patri credat. **Quare uerbū audit**
nū & credat alterie. **Nōne cū uerbū aliquius audimus,**
tide uerbū, p̄ferenti creditus, loquēti nobis fidē ac-
commodamus? **Quid ergo uoluit dicere,] qui uerbū**
meū audit, & credit ei, qui misit me,] nisi qđ uerbum

eius est in me? Et quis est qui audit uerbum meū nisi q̄
 audit me, & qui credit in me? Credit autē ei qui mi-
 sit me, q̄a cum illi credit, uerbo eius credit. Cum autē
 uerbum eius credit, milī credit: quia uerbum patris
 ego sum. Non em̄ transiret de morte ad uitā, nisi pri-
 mo esset in morte. Mortuus ergo erat & reuixit, per-
 ierat & inuentus est. Fit proinde iam quædā resurrec-
 tio, & transeunt om̄nes à morte quadam ad quandā
 uitam: à morte infidelitatis ad uitā fidei, à morte fal-
 sitatis ad uitam ueritatis, à morte iniquitatis ad uitā
 iustitiae. Est ergo & ista resurrectio mortuorū. Ape-
 riat illam plenius, & lucescat nobis ut corpit. Amen
amen dico vobis, quia venit hora et nunc est,
quando mortui audient vocem filij dei, et qui
audierint, uiuent. Hoc proprium est pios, qui sic
 audiunt de incarnatione eius, ut credant quia filius
 dei est. Id est, sic eum pp̄ter se factū, accipiunt mino-
 rem patre in forma serui, ut credant quia aequalis est
 patri in forma dei. Et ideo sequitur: Sicut em̄ pa-
ter habet uitā in semetipso, ita dedit et filio vi-
tā habere in semetipso. Quod ergo ait: [dedit fi-
 lio uitā habere in semetipso, breuiter dicat, genuit fi-
 liū uitam in le habentē.] Neq̄ em̄ erat sine uita, & ac-
 cepit uitam, sed nascendo uita est. Pater uita est nō na-
 scendo, filius uita est nascendo. Pater de nullo patre,
 filius de deo patre. Pater, pp̄ter filium est, filius uero,
 & quod filius est, pp̄ter patrē est: & quod est, à patre
 est. Hoc dixit, uitam dedit filio, ut haberet eum in se-
 metipso, tanquam diceret: Pater qui est uita in semeti-
 pso, genuit: filiū qui esset in semetipso. Pro eo enim
 quod genuit, uoluit intelligi dedit, tanquam si cuiq;
 diceremus, dedit tibi deus esse. Sequitur em̄ & dicit:

Et potestatem dedit ei iudicium facere, quia
filius hominis est. Puto nihil esse manifestius. Ne
filius dei æqualis patri non accipit hanc potestatem
iudicium faciendi, sed habet illam cū patre in occul-
to. Accepit autem illam, ut boni & mali eum uideat
iudicantem, quia filius hominis est. Visio quippe fi-
lii hominis exhibebitur & malis. Nam uisio formæ
dei, non nisi mundis corde, quoniam ipsi deum ui-
debunt. i. solis p̄is, quorū dilectioni hoc ipsum pro-
mittit, q̄a oñder seipsum illis. Et ideo uide qđ sequit
Nolite mirari hoc, inquit. Quid nos prohibet mira-
ri, nisi illud quod reuera miratur omnis qui non in-
telligit. Et ideo diceret patrem dedisse ei potestatem
iudicium facere, quoniam filius hominis est, cum ma-
gis quasi hoc expectaretur, ut diceret, quoniam fili-
us dei est: sed quia filium dei, secūdum id quod in for-
ma dei æqualis est patri, uidere iniqui non possunt,
oportet ut iudicem uiuorum & mortuorum, cum co-
ram iudicabunt, & iusti uideant & iniqui. Nolite,
inquit, mirari. quoniam venit hora in qua o-
mnes qui in monumentis sunt, audient vocē
filii dei. Et procedent qui bona egerunt, in re-
surrectionem yitæ: qui mala gesserunt, in re-
surrectionem iudicij. Ad hoc ergo oportebat, ut
ideo acciperet illam potestatem, qui filius hominis
est, ut resurgentes omnes uiderent eum in ea forma,
in qua uideri ab hominibus potest, sed alij ad dāna-
tionem, alij ad uitam æternam. Quæ est autem uita
æterna, nisi illa uisio quæ non conceditur impijs? Ut
cognoscant te (inquit) unum uerum deum, & quem
misisti Iesum Christum. Quomodo & ipsum Iesum
Christum, nisi quemadmodum unum uerum deum

Johan. xix.

qui ostendit se ipsum illis? Non quod se ostendet etiam
psalm. 72. puniendis in forma filii hominis. Secundum illam ui-
 sionem bonus est, sed in quam uisionem deus appa-
 ret mundis corde, ut ait Psalmista: Quoniam quam
 bonus Israel deus rectis corde. Quando autem iudi-
 cem uidebunt mali, non eis uidebitur bonus, quia non
 ad eum gaudebunt corde, sed tunc se plangent omnes
 tribus terrae, in numero utique malorum omnium &
 infidelium. Propter hoc etiam illi, qui eum dixerat ma-
 gistrum bonum, querens ab eo consilium consequen-
 tiae uitae aeternae, respondit: Quid me interrogas de
 bono? Nemo bonus, nisi unus deus, cum hominem
Matth. 19. alio loco dicat bonum ipse dominus: Bonus homo,
Matth. 10. de bono thesauro cordis sui profert bona: & malus
 homo, de malo thesauro cordis sui, profert mala. Sed
 quia ille uitam aeternam quererebat, uita aeterna aeter-
 na est in illa contemplatione, quia non ad peccatum ui-
 detur deus, sed ad gaudium sempiternum, duas hic
 resurrectioes ipse dominus Jesus Christus in his uer-
 bis nobis demonstrat: Primam, qua in fide est, resur-
 gendo a peccatis, de qua ait: [Amen amem dico uobis,
 quia uenit hora in qua mortui audient vocem filii dei.] Altera, ubi ait: [Amen amem dico uobis quia uenit hora,
 in qua oportet in monumento sunt, audient vocem filii dei.] Illa prior est resurrectio animarum, illa sequens re-
 surrexerit corporum. Qui uero in hac prima non
 resurget, nec ibi ad eum resurget. Hora autem nunc est,
 ut resurgent mortui. Hora erit in fine seculi, ut resur-
 gent & mortui. Sed si resurgent nunc in mente, tunc
 in carne resurgent. Nunc in mente per uerbum dei,
 id est, per filium dei, resurgent: tunc in carne per uer-
 bum dei caro factum, filium hominis. Neque enim ad

POST LAETARE

SIG

Iudicium uiuorum & mortuorum pater ipse uenturus est, nec tamen recedit a filio pater. Quomodo ergo non ipse uenturus est? Quia non ipse uidebitur in iudicio. Videbunt in quem pupugerunt. Forma illa erit iudex quae sterit sub iudice: illa iudicabit, quae iudicata est. Iudicata est enim inique, iudicabit iuste. Tales apparebit iudex, qualis uideri possit a quibus coronatus est. Distinctio est inter illud uerbum, quod superius dixit, quod mortui audient vocem filij dei: & inter illud, quod hic ait: Venit hora quando omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filii dei. Ibi vero ait, audient, id est, obedi ent, ideo ista resurrectio est ad uitam: illa vero qua futura est, de qua dicit, audiet vocem filii dei, id est, audient ut resurgent ad iudicium. Non addidit hic, ad uitam: quia omnes ad gloriam non resurgent, sed multi ad penam. Ideo addidit de futura resurrectio ne. Qui bene fecerunt, in resurrectione vitæ, quimale egerunt, in resurrectionem iudicij. id est, damnationis, quia hic iudicium pro pena posuit. Tunc erit ultima palea, ut separet bonos a malis, tricuum a paleis. Tunc ibunt impij in ignem æternum, iusti autem in uitam æternam.

FERIA SEXTA

post Laetare. Iohannis XI.

In illo tempore Erat quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Mariæ & Martha sororum eius. Et reliqua.

kk ij